



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

De Verbo Dei Libri Tres

Helm, Heinrich

Coloniae, 1560

VD16 H 1736

Christus dedit euangelium, quod est lex amoris Caput XXVIII.

urn:nbn:de:hbz:466:1-30114

amplius sub tutoribus & auctoribus: sed ulterius emulantur charismata meliora, propensoq; animo per vias iustitiae ambulant, & virtutis & Dei amore. Sic, sic pater misericordia tuu, medicus animarum, doctor parvularum, ut nobis utile est quod ipse nouit, diuersa diuersis temporibus pracepta sunt.

Psal. 147. Iustis dedit. Lex autem illa solis Iudeis data fuit.

Triplex sunt legis precepta. Caput XXVII.

A Triplicem vero hanc praceptorum legis differetiam diversis verbis in multis locis expressam legimus in bibliis sacris. Non est alia gens, dixit Moses, sic inclita, ut habeat ceremonias, iustasq; iudicia, & universam legem, quo ad moralia pracepta quam ego hodie propono ante oculos vestros. Eandem distinctionem praceptorum, ferme sub eisdem verbis, habes clarissimè: Deut. 6. d & 32. a & 11.

Deut. 4.

c Exod. 13. b. Neemias 1. c 9. c Psal. 77. a & Luc. 1. a. Prolixitas vitande gratia, verba non descripsi in presentiarum. Hanc distinctionem qui ignorant, de operibus legis dil-

1. Tim. 1. lant, sicut cæci de coloribus: ideo turpissime impingunt etiam in foribus & in luce clara. Et volentes esse legis do-

Rom. 12. res, non intelligunt; neq; quæ loquuntur, neq; de quibus affirmant. Ex lege ipsis data, cognoverunt iusti istius tempo-

Ioan. 7. ris, quæ esset voluntas Dei beneplacens. Hanc legem Iudeus

Roma. 2. Moses dedit: sed nemo eorum hanc legem fecit: In hac gloriantur, sed per eius prævaricationem, Deum in honora-

Matt. 23. bant, & nomen Dei per eos blasphemabatur inter gentes: Legebant prophetas, sed doctrinas eorum non custodie-

Luc. 11. bant: Imò viuos prophetas & iustos odio iniquo oderunt, & gratis persequebantur & iniuste, sed mortuos honorab-

bant et sepulchra eorum ædificabant.

Christus dedit euangelium, quod est lex amoris
Caput XXVIII.

Tunc

Tunc pater misericordiarum & Deus omnis consola- **A**
 tionis, cum venisset plenitudo temporis, filium su-
 um vngenitum misit in terram, carnem factum: futurum
 ratus, ut tanta benignitas obstinatos emolliret, tanta pie-
 tas flecteret, tam stupendus amor eos accenderet ad reda- **1. Cor. 1.**
 mandum qui eos tantopere amauit. Venit sapientia ipsa, **A&f. 1.**
 venit vnicus legislator, venit vnicus magister, & facere cæ **Jacob. 2.**
 pit & docere quæ esset voluntas Dei perfecta: Et dedit le-
 gen amoris & fidei, legem clementiæ, regalem & perfectę
 libertatis, legem nouam omnia innouantem: & ex veteri- **Rom. 8.**
 bus noua omnia facientem, euangelium æternum videli-
 cet, quod est lex spiritus & vitæ, per quod liberauit nos à **Act. 15.**
 lege peccati & mortis, à lege oneriis importabilis & maledi- **2. Cor. 5.**
 ctionis, factus pro nobis peccatum & maledictum. At euā **Gal. 3.**
 gelium alia lex non est à lege naturæ, Mosi, morali & prin-
 cipum huius mundi quo ad moralia præcepta, sed imper-
 fectionis istarum suppletiva, perfectiua, & cōsummatiua.
 Nam quod impossibile erat istis legibus, & in quo infirma- **Rom. 8.**
 bantur in carne (ut dicit apostolus) Deus misit filium su-
 um in similitudinem carnis peccati, & de peccato dam-
 nauit peccatum in carne sua, vt iustificatio, consumma-
 tio & suppletio non solum legis Mosi, sed & aliarū imple-
 retur in nobis, si tamen non secundum carnem, sed secun-
 dum spiritum ambularemus & viueremus.

Evangeliū unum est cum lege & idem in spiritu
Caput. XXIX.

VNDE Euangeliū Christi non aliud est, euangeliū **A**
 à lege mosi, sed lex secundum spiritum viuificantē **Gal. 1.**
 intelligatur, prætermissa litera occidentur. Verba namq; **2. Cor. 3.**
 Christi, spiritus & vita rectè intelligentibus sunt. Nam e- **Ioan. 6.**
 vangelium perficit legis imperfectionem, infirmitatem
 S consu-